

Non uis, parua sibi sumat tractanda libellis,  
Magnus Doctor. At hoc, cur placet, Oro,  
minus?

Multi scripserunt præclari parua Magistri,  
Nam qui magna potest, is quoq; parua potest.  
Ne rogo parua uelis contemnere, gratia in illis  
Multa fluit, multo quippe lepore nitent.  
Quæ docti scribunt, sunt magna, licet breuis ordo  
Absoluat seriem, paruaq; charta micet.  
Multa uoluptatis caussa scribuntur, & usus  
Ipsa tamen magnos utilitatis habent,  
Desine Mome igitur maledicere, desine quæso,  
Ne caput inuadant spicula nostra tuum.  
Nam qui Cnaustum lædit, se uiscera credat  
Ledere nostra, pio dedita quippe uiro.  
Es Cnaustine mihi magnus, scribis quoq; magnus  
Parua licet scribas, maxima parua puto.  
Utilitas scriptis quia inest, scio, magna Poetæ,  
Ac oratoris, flos, lepor atq; decus.  
Hunc tibi commendo, lector dulcissime, uatem,  
At tu, Mome, caue, ne tibi dira cie.



Augustinus,